

1. Cor. 15. 10. *Copiosius quàm illi omnes laboravi: non ego tamen sed gratia Dei qua mihi adest.*

Cyprian. serm. 5. de lapsis. *Dominus probari familiam suam voluit, & quia traditam nobis divinam disciplinam pax longa corruerat, jacentem fidem, & penè dixerim dormientem, censura coelestis erexit.*

*Amisi multos in vitâ clarissimos. At quid dico amisisse me! imò præmisi, non amisi.* Ex Cyprian.

Plin. l. 33. *A numero prima est origo avaritia, excogitata fœnore, questuosa segnitia. Hæc paulatim exarsit rabie quadam, Non jam avaritia, sed fames auri.*

Senec. *Non bis pueri, sed semper.*


Cic. Epist. 1. *Erat hoc mihi dolendum: sed multò magis illud, quòd inimicum meum: meum autem? imò verò legum, judiciorum, otii, patriæ honorum omnium sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me presente osculabantur.*

Pro Ligar. *Sed nimis urgeo, commoveri videtur adolescens. Hic ubi Cicero dixisset in Tuberonem Ligarii accusatorem, ejusdem criminis objecerat conscium, orationis vehementiam epanorthosi revocat.*

Pro Cœl. *Sed quid ego ita gravem personam induxi? Excitaverat in precedenti orationis cursu Appium cœcum q. ab inferis, qui Clodiam gravissima oratione objurgaret; hoc ubi fecit, his verbis commoda Epanorthosi antea dicta & dicta revocat.*

Ad Frat. *Sed nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositum initio non fuisset. Instituerat antea fratrem, ut diligenter in Republ. moderanda perseveraret, corrigit autem adhibitâ Epanorthosi, ex eo quod de præcipiendo initio minimè cogitasset.*

Horat. ad finem l. Od. 2. Carm. *hac Epanorthosi utitur. Sed ne relicta Musa procax jocis (Ea retrectes munera nania, &c.)*



CAPUT